Documentos Oficiales de la Orden de San Agustín en España

ACTA CAPITULI PROVINCIALIS

Provinciae Matritensis S. Cordis Jesu Inregali Monasterio Escurialensi A. D. I. 1955 Celebrati

In Nomine D. N. Jesu Christi beneditl. Amen.

Anno Navitatis ejusdem 1955 die 14 mensis julii celebrata sunt Comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini hujus Provinciae Matritensis in Regali Monasterio Escurialensi prout ab Adm. R. P. Luciano Rubio Provinciali in diem 14 hujus mensis indicta fuerant.

Itaque cum die 14 ad praedictum Monasteriun convenerint Patres vocales, die 14 post vesperas, signo campanuñae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc, praemissis praemitendis, Revmus. P. Mag. Fr. Engelbertus Eberhard, Prior Generalis Ordinis Nostri, ab omnibus pro Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Judices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt RR. PP. Lucas Herrero, Isaac Sahagún et Saturninus Casas.

Sequenti Sabbato, videlicet die 16, Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Lucam Herrero, Judicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum, qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Rvmus. P. Mag. Fr. Engelbertus Eberhart, Prior Gen. et Praeses Cap.

Adm. R. P. Fr. Raphael Pérez, assistens Generalis.

Adm. R. P. Lucianus Rubio, Prior Provincialis emeritus.

RR. PP Definitores, nempe:

R. P. Nicolaus Urteaga, Primus Definitor.

R. P. Theophilus Prieto, Secundus Definitor.

R. P. Victorinus Merino, Tercius Definitor.

R. P. Joannes Urquiola, Cuartus Definitor.

R. P. Richardus Rodríguez, Vicarius Provincialis Brasiliensis.

RR. PP. Prioris Conventuum, *videlicet:*

R. P. Josephus Llamas, Prior Monasterii Escurialensis.

R. P. Ramirus Fincias, Prior Collegii Alfonsi XII Escurialensis.

R. P. Ambrosius García, Prior Collegii Palmensis.

R. P. Germanus Fernández, Prior Collegii Mariae Chistinae Escurial.

R. P. Lucas Herrero, Prior Collegii S. Pauli Matritensis.

R. P. Isaac Sahagún, Prior Collegii S. Thomae a Villanova v. Portugale.

R. P. Andreas Llorden, Prior Collegii S. Augustini Malacitani.

R. P. Saturninus Casas, Prior Conventus Btae. Mariae a Bono Consilio.

R. P. Augustinus Fincias, Prior Domus de Engenho Novo.

R. P. Marcelinus Barrio, Prior Collegii S. Augustini de Belo Horizonte.

R. P. Florencius Alvarez, Secretarius Provinciae.

RR. PP. Discreti Conventuales, scilicet:

R. P. Antonius Fernández, Discretus Monasterii Escurialensis.

R. P. Dominicus Fuentes, Discretus Collegii Alphonsi XII Escurialensi.

R. P. Vitalis Fernández, Discretus Collegii Palmensis.

R. P. Avelinus Folgado, Discretus Collegii Mariae Christinae Escurialensis.

R. P. David Christobal, Discretus Collegii S. Pauli Matritensis.

R. P. Dominicus Fernández, Discretus Collegii S. Augustini Malacitani.

R. P. Josephus Bazterrica, Discretus Conventus B. Mariae de Bono Consilio.

R. P. Victor Urteaga, Discretus Circunscriptionis Portugalete-Salmanticae.

R. P. Hilarius Martínez, Discretus Collegii S. Augustini de Belo Horizonte.

R. P. Franciscus Gil, Discretus Circunscriptionis Marechal Hermes-Engenho Novo.

Rvmus. P. Generalis Praeses Capituli et Adm. R. P. Assistens Generalis declararunt se abstineri a suffragio ferendo.

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus jurerujando emisso de eligendis in Provincialem et Definitores quos secundun Deum eligendos

esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta, id est, RR. PP. Richardus Rodríguez, Nicolaus Urteaga et Avelinus Folgado, et juramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est.

Peracta prima scrutatione, electus fuit Provincialem votis viginti sex R. P. Lcr. Lucianus Rubio et a primo scrutatorum atuqe emissis ab electo professione fidei et juramento contra modernismum, in officio a Rvmo. P. Mag. Engelberto Eberhard, Priore Generali, Capituli Praeside, confirmatus est. Deinde, preamissis ritibus praescriptis. omnes Religiossi in signum obedientiae eidem manum deosculaverunt.

R. P. Germanus Fernández unum suffragium retulit.

De hac electione separatum publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutatoribus subsignatum, in Archivo Provinciae aservandum.

Eodem die post vesperas ad sonum campanuñae ter dato, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt, ut Definitores eligerent; servatisque servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Florentius Alvarez, suffragiis 30; in secundum R. P. Victorinus Merino, suffragiis 18; in tertium R. P. Ioannes Urquiola, suffragiis 16; in cuartum R. P. Iosephus Llamas, suffragiis 21. Definitorum vero in defectu: primus fuit R. P. Saturninus Casas, qui viginti unum sufragia habuit; secundus R. P. Marcelianus Garcia qui undeviginti suffragia habuit. In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Vincentius Peral.

Praeterea, diebus sequentibus, ad Praescriptum NN. SS. Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Rvmus P. Mag. Engelbertus Eberhard, Prior Generalis et Capituli Praeses, et Adm. RR. PP. Raphael Perez, Assistens Generalis, Lucianus Rubio, Provincialis electus, Angelus Custos Vega, Provincialis absolutus, et Definitores Florentius Alvarez, Victorinus Merino, Ioannes Urquiola et Iosephus Llamas

qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequntur, statuerunt, ac publice notificare mandarunt.

Definitiones seu decreta

I.—Examinatae et approbatae fuerunt rationes dati et accepti ab Oeconomo Provinciale, a Vicario Provinciali Brasiliensi et a singulis Conventibus exhibitae.

DISPOSITIONES FAMILIARUM

Provisio Monasterii Escurialensis

Electi fuerunt:

In Priorem V. P. Germanus Fernández.

In Subpriorem R. P. Marcelianus García.

In Deputatos seu Cosiliarios RR. PP. Nemasius Morata, Saturninus Casas, Alfonsus Fernández et Ulpianus Alvarez.

In Sacristam R. P. Marcelianus García.

In Procuratorem R. P. Antonius Fernández.

In Depositarium R. P. Constantinus Cortazar

In Magistrum Caeremoniarum R. P. Servandus García et R. P. Emmanuel del Estal.

Provisio Collegii Alfonsi XIII

Electi fuerunt:

In Priorem V. P. Ramirus Fincias.

In Subpriorem R. P. Raymundus Iban.

In Deputatos seu Consiliarios RR PP. Iosephus Crespo, Moyses Merino et Ursinus Domínguez.

In Sacristam R. P. Victorinus Merino.

In Procuratorem R. P. Iosephus Herrero.

In Depositarium R. P. Maurinus Alonso.

Provisio Collegii Palmensis

Electi fuerunt:
In Priorem V. P. Dominicus Fernández.
In Subpriorem R. P. Olegarius Merino.
In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Olegarius Merino et Venceslaus Martín.
In Sacristam R. P. Dominicus Fernández.
In Procuratorem R. P. Vitalis Fernández.
In Depositarium R. P. Venceslaus Martin.

Provisio Collegii Mariae Cristinae

Electi fuerunt:
In Priorem V. P. Gabriel del Estal.
In Subpriorem R. P. Avelinus Folgado.
In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Angelus Custos Vega, Bonifacius Diez et Aloisius Martín.
In Sacristam R. P. Iosephus María López.
In Procuratorem R. P. Andreas García.
In Depositarium R. P. Ioannes Urquiola.

II.—Acta sacrae Visitationis a P. Provinciali et ab eius delegato in Brasilia factae recognita fuerunt.

III.—Definitiones in aliis Capitulis editae et in Regestis Provinciae transcriptae lectae et confirmatae fuerunt.

IV.—Pro taxa Ven. Curiae Generaliciae solvenda, ad normam num. 844 NN. SS. Constitutionum, decernimus ut quilibet sacerdos Provinciae duodicem Missas ad mentem Rvmi. P. Generalis quotannis celebret.

V.—Numerus undecimus Statutorum Provinciae, paragrapho secunda, sic mutandus erit: «Por los Religiosos

solemnemente profesos antes del seis de febrero de 1946, fecha de aprobación de estos Estatutos, se aplicarán los sufragios tradicionales en nuestra Provincia».

VI.—Cum Patres Definitorii Capituli proximi anteacti P. Provinciali et Definitorio privato erectionem Collegii pro studiis philosophicis in loco non nimis a centro urbano dissito commisserint, Patres Definitorii huius Capituli opera et electionem loci in eum finem in civitate Salmanticensi facta probant, eo quod spiritus et traditiones augustinianae in hac civitate maxime vigeant et insuper media aptiora ad studi colenda in civitate Salmanticensi habeantur.

VII.—Litterae Patrum Vicariae Brasiliensis benigne suscipientes, annuimus ut Religiosi iam per octo annos ibidem commorantes, petitionem redditus in patriam, per Vicarium Provincialem, Patri Provinciali exhibeant, qui pro viribus curabit eorum desideriis satisfacere, si id sine detrimento ministerii, fieri possit.

VIII.—Adm. R. P. Provinciali cum suo Definitorio committimus ut programma studiorum humanitatum ac philosophiae in nostris domibus formacionis programmati studiorum civilium acommodet.

IX.—a) Collegio Malcitano potestatem fecimus locandi oedifficium adnexum conditionibus, quo fieri possit, faborabilibus Provinciae, ut aptiori ac ampliori loco pro institutione iuventutis frui possit.

b) Reliquas petitiones eiusdem Collegii Malacitani, Adm. R. P. Provinciali cum suo Definitorio, pro convenienti solutione transmittimus.

X.—Petitio a R. P. Ioanne Urquiola facta circa usum manicarum approbata fuit ad normam num. 508 NN. SS. Constitutionum.

XI.—Proximum Capitulum Provinciale in hoc Regali Monasterio locum habebit.

Provisio Collegii S. Pauli Matritensis

Electi fuerunt:

In Priorem, V. P. Lucas Herrero.

In Subpriorem, R. P. Davis Cristobal.

In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Philippus Fernández et Stephanus Velasco.

In Sacristam, R. P. Reginus Sánchez.

In Procuratorem, R. P. Aemilianus Cela.

In Depositarium, R. P. Felix Sánchez.

Provisio Collegii S. Thomae a Villanova v. Portugalete

Electi fuerunt:

In Priorem, V. P. Nicolaus Urteaga.

In Subpriorem, R. P. Iesus Berasategui.

In Deputatos seu Cosiliarios RR. PP. Iesus Berasategui et Ioannes Emmanuel Izaguirre.

In Sacristam, R. P. Ioannes Emmanuel Izaguirre.

In Procuratorem, R. P. Victor Urteaga.

In Depositarium, R. P. Angelus Huidobro.

Provisio Collegii S. Augustini Malacitani

Electi fuerunt:

In Priorem, V. P. Andreas Llorden.

In Subpriorem, R. P. Victor Escanciano.

In Diputatos seu Consiliarios RR. PP. Andreas Pérez, Isaac Sahagún et Franciscus Espinosa.

In Sacristam, R. P. Evaristus Seijas.

In Procuratorem, R. P. Franciscus Díez.

In Depositorium, R. P. Iosephus Vicuña.

Provisio Conventus B. M. a Bono Consilio v. de Leganés

Electi fuerunt:
In Priorem, V. P. Theophilus Prieto.
In Subpriorem, R. P. Felix Carmona.
In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Vicentius Velasco, Emmanuel Martínez et Emeritua Calleja.
In Sacristam, R. P. Felix Carmona.
In Procuratorem, R. P. Eusebius Aramburu.
In Depositarium, R. P. Augustinus Martínez.

Electiones aliorum officialiorum

Electi fuerunt:
In Vicarium Provincialem in Brasilia R. P. Ricardus Rodríguez.
In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Marcelinus Barrio, Benedictus Prieto et Amator Franco.
In Oeconumum Provinciae, R. P. Florentius Alvarez.
In Magistrum Proffesorum, R. P. Ulpianus Alvarez.
In Magistrum Novitiorum, R. P. Saturninus Casas.
In Chronographum Provinciae, R. P. Andreas Llorden.
In Archivistam Provinciae R. P. Vicentius Peral.
In Examinatores Ordinarum ac in Deputatos pro examinibus quinquenalibus RR. PP. Iosephus Llamas, Iosephus María Ozaeta, Ursinus Domínguez et Ioannes Emmanuel del Estal.
In Examinatores confessariorum RR. PP. Angelus Custos Vega, Theophilus Prieto et Ursinus Dominguez.
In Revisores Librorum edendorum RR. PP. Eligius Domínguez, Ulpianus Alvarez et Olegarius García.
In Examinatores Novitiorum RR. PP. Germanus Fernández, Marcelianus García et Saturninus Casas.
Omnes electiones, definitiones et decreta facta fuerunt «plenis suffragiis». Priores electi ante confirmationem in

officio professionem fidei et iuramentum contra modernismum emisserunt.

Haec sunt, Rvme. Pater, Capituli nostrae electiones et acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. Rvmae submisse provolvimur humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus quibus semper, nos prosequatur. Deus Opt. Max. Rvmam. Paternitatem vestram Eremitici Ordini diu servet incolumen.

Datum in Regali Monasterio Escurialensi die vigesima mensis iulii anni 1955.

SECRETARIUS PROVINCIAE

CONCORDAT CUM ORIGINALI